

# EX LIBRIS INSTITUTIONIS CHRISTIANAE JOANNIS CALVINI.

LIB. III., CAP. IV.

UBI DE CONFESSIONE ET SATISFACTIONE AGITUR.

Miror autem qua fronte ausint contendere confessionem, de qua loquantur, juris esse divini: ejus equidem vetustissimum esse usum lateatur: sed quem facile evincere possumus olim fuisse liberum. Certe nullam de ea statam fuisse legem aut constitutionem anto Innocentii tertii tempora, eorum quoque annales narrant. Certe si lex illis fuisset antiquior, potius eam arripuissent quam contenti Lateranensis concilii decreto, pueris quoque ipsis ridiculos se fecissent. Non dubitant in aliis rebus excudere fictitia decreta, quae vetustissimis conciliis ascribunt, ut ipsa antiquitatis veneratione simplicium oculos perstringant. In hoc capite talem fallaciam objicere non venit illis in mentem. Itaque (ipsis testibus) nondum elapsi sunt anni trecenti ex quo injectus ab Innocentio tertio laqueus, et imposita confitendi necessitas: Atque ut de tempore taceam, sola verborum barbaries fidem legi abrogat. Nam quod jubent boni patres, omnem utriusque sexus quotannis semel proprio sacerdoti confiteri omnia peccata, faceti homines lepide excipiunt hinc praecepto tenori solos hermaphroditos, ad neminem vero spectare qui sit vel mas vel foemina. Crassior deinde insulas in discipulis se prodidit, dum explicare nequeunt quid sit proprius sacerdos. Quicquid blaterent omnes conductitii Papae rabulae, tenemus neque Christum hujus legis authorem esse quae ad enumeranda peccata homines cogit: imo fluxu saeculorum mille et ducentos a resurrectione Christi antequam talis ulla lex ferretur. Itaque tyrannidem hanc fuisse demum inventam quam, extincta pietate et doctrina, sine delectu quidvis licentiae sibi jam sumpsissent larvae Pastorum. Deinde luculenta testimonia extant tum in historiis, tum apud antiquos alios scriptores, quae doceant hanc fuisse politicam disciplinam, ab Episcopis institutam, non legem a Christo aut Apostolis positam. Unum duntaxat e multis proferam, quod non obscurum ejus rei documentum erit. Refert Sozomenus fuisse hanc Episcoporum constitutionem diligenter observatam in Ecclesiis occidentalibus, praesertim vero Romae. Quo significat non fuisse universale omnium Ecclesiarum institutum: unum autem e Presbyteris peculiariter destinatum fuisse dicit qui huic muneri praeset. Quo abunde confutatur quod isti de clavibus universo sacerdotali ordini in hunc usum promiscue datis mentiuntur. Siquidem non omnium Sacerdotum communis erat functio, sed singulares unius partes, qui ad id electus ab Episcopo fuerat. Is est quem hodie quoque in singulis cathedralibus Ecclesiis poenitentiarum vocant, graviorum criminum et quorum censura ad exemplum pertinet, cognitor. Subjicit deinde, eum quoque morem Constantinopoli fuisse donec matior à quadam, confitentem simulans, ea specie consuetudinem quam habebat cum Diacono, praetexuisse deprehensa esset. Ob id facinus Nectarius,

vir e  
ritur  
cula  
Ne  
haec  
Ecc  
mod  
allir  
omn  
dien  
H  
Cen  
cont  
ris a  
ut e  
cata  
recog  
testi  
hoc  
cons  
cogo  
no, l  
oster  
ne h  
dum  
hum  
indus  
teste  
muni  
scrib  
const  
esse  
Ve  
Anas  
eorum  
illud  
conf  
vetus  
idioti  
tyran  
erat.  
illud  
meta  
quan  
repro  
auda  
peric  
praes  
remitt  
obtin  
Ille h  
cogni  
efflun